Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26487
Copyright: Admont, Benediktinerstift



57

aceruus testimonii designant in sacra scriptura
assiduę meditationis exercicia. Quę qua utrq;
exercitui dei defuerunt. in gruem perditionis casum
illum miserunt. Eo quoq; tempore cum essent
in sylo. nullus ex eis ibi reptus est. Cum homo
auulsione et discaltiationi peccati innititur.
si nullus ibi continentię uel meditationis sce
scripturę fructus reppitur. uirtutum exercitus ubiq; pi
clitatur. Frustra enim ut beatus Gregorius loquitur.
certamen spiritale arripitur. si non prius uentur auora
citate restringitur. Miserunt itaq; .x. milia ui
ros robustissimos. et precepunt eis. Ite et percutite
habitatores iabes galaad in ore gladii. tam
uxores quam paruulos eorum. Mittuntur itaq; de
exercitu uirtutum decem milia uiri robustissimi.
hoc est precepta et omnis perfectio decalogi. per quę
percutiuntur in ore gladii. quod est uerbum dei. uiri.
uxores. et paruuli. i. omnis in uita hominis
continentię et sce scripturę contraria superbię
uanitas. malorum fecunditas. et cogitationum in
utilitas. Et hoc erit quod obseruare debetis.
Omne generis masculini et mulieres quę cog
nouerunt uiros interficite. uirgines autem re
seruate. Dum ergo superbia quę est initium omnis
peccati in homine interficitur. innocentia quę
per uirginitatem designatur custoditur. Inuenteq;
sunt de iabis galaad quadringente uirgines.